



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Indvstria Spiritvalis

Spee, Friedrich von

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXXIX.

Oratio de nomine Iesu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43756

46
dat, quos confiteri me oportet, atq;
iuuet, & doceat ipsos plenè, & con-
trito corde explicare. Qui viuis &
regnas &c.

Oratio post Confessionem.

SIt tibi Domine obsecro meritis
B. Mariæ semper Virginis gene-
tricis tuæ Mariæ & omnium San-
ctorum grata & accepta ista confes-
sio mea: Et quicquid mihi defecit
nunc, & alias de sufficientia Contri-
tionis, de puritate & integritate
confessionis, suppleat pietas, & mi-
sericordia tua, & secundum illam
digneris me habere plenius & per-
fectius absolutum in cælo. Qui vi-
uis & regnas &c.

Oratio de nomine Iesu.

O Bone Iesu, O pijsimè Iesu,
O dulcissime Iesu, O Iesu fili
Mariæ Virginis plene misericordia
& pietate. O dulcis Iesu, secundum
F 4 magnam

magnam misericordiam tuam mi-
serere mei. O clementissime Iesu, te
deprecor per illum sanguinem pre-
tiosum, quem pro peccatoribus ef-
fundere voluisti, vt abluas omnes
iniquitates meas, & in me respicias
miserum, & indignum humiliter ve-
niam petentem, & hoc nomen san-
ctum Iesu inuocantem. O nomen
Iesu, nomen dulce, nomen Iesu, no-
men delectabile, nomen Iesu, no-
men confortans, quid enim est Ie-
sus, nisi Saluator? Ergo Iesu propter
nomen sanctum tuum esto mihi Ie-
sus, & salua me, ne permittas me
damnari, quem tu de nihilo creasti.
O bone Iesu, ne perdat me iniquitas
mea, quem fecit omnipotens boni-
tas tua, O bone Iesu recognosce
quod tuum est, & absterge quod a-
lienum est. O benignissime Iesu mi-
serere mei, dum tempus est miseren-
di, ne damnes me in tempore iudi-
candi. Que utilitas in sanguine meo,
dum

47
dum descendo in æternā corruptio-
nem? Non mortui laudabunt te
Domine Iesu, neq; omnes qui des-
cendunt in infernum? O amantissi-
me Iesu, O desideratissime Iesu,
O Iesu, Iesu, Iesu, admitte me intrare
in numerum electorum tuorum.
O Iesu salus te credentium, O Iesu
solatium ad te confugientium. O Ie-
su dulcis remissio omnium peccato-
rum. O Iesu fili Mariæ Virginis in-
funde in me gratiam, Sapientiam,
Charitatem, Castitatem & humili-
tatem, vt possim te perfectè diligere,
te laudare, te perfrui, tibi seruire, &
in te gloriari, & omnes qui inuocant
nomen tuum quod est Iesus, Amen.

Oratio ante Communionem.

O Pijssime & benignissime Iesu,
ego indignus peccator trepida
conscientia ad sumendum corporis
& sanguinis tui Sacrosanctum my-
sterium accedere propono. Non
E s. enim